fusum me. pdu. id est pforatum. pertusus sa. sum. est percussus. verberat⁹. cōcisus. cōfractus. ⁊ pforatus. a pertundo dis. di. sum. ⁊ pertundor deris. ptusus sum.

Capitulū ij.

In ora sine h. id est in extremitate. Aurugine. i. corruptione aure sive venti. aurugo ginis. me. pduc.

Sup plogo in Zachariam.

In nose cūdo Darij regis medorū ⁊c. Mirteti medō. pdu. id est loci vbi crescunt mirti. neu. generis. fructus ligni speciosi. i. frondes mirti. Noctu fe. generis nec habet plus q̄z ablatiuuz vel potⁿ neu. ge. ⁊ habet omnes casus sic veru. ⁊ fm Huguitionem est aduerbiū temporis. Perbene vna ps me. pdu. id est valde bene. Predicit me. pdu. Predicat me. correpta.

Super Zachariam.

Capitulū i.

In mēse octauorē. Sabbat id est februarij. Zelatus sum. id est amaui. ponens est. Perpendiculuz est instrumentum cementariorz quo ppendunt equalitatem muri. neu. ge. est. qd̄ alio nomine dr amussis. s. plūbinū. Ventilauerūt. i. disperserunt Deterrere secūde pīu. i. pauefacere. deterreo res.

Capitulū ij.

Mensorz. i. mensuratorz. hic mensor soris.

Capitulū iij.

Torris. i. titio. hic torris ris. Eruto me. cor. i. liberatus ab eruor eris. Cidarim medō. cor. i. mitrā sive corona lam. hec cidaris ris. Portendentes. i. positi in signū futurorz a portendo dis. qd̄ est porro. i. longe tendere. significare. destinare. longe futurū postēdere. Delabro. i. sculpam.

Capitulū iiij.

Infusoria. i. vasa quibus oleū infundebat lucernis. h infusorū rij. Stanneū. i. de stanno. adiectiuū est.

Capitulū viij.

Zelatus indignatiōe magna. i. amaui eam. ⁊ p nimio amore sum indignatus ei. qz me offendit. Annus. i. vetule hec anⁿ anⁿ q̄rte decli. Vimbriam. i. extremitatē. fe. ge.

Capitulū ix.

In iuda potest grauari in fine p regno. Jaculū. i. missile sive telū. neu. gen. est. dicit

etiam quo ddaz rete piscatorium. hic iaculus li. quidaz serpens nociuus.

Capitulū x.

Exactor. i. petitor pecunie vl tributi. mas. ge. est. In maris freto. i. inundatione z feruore maris. fretū etiā dr qñqz mare. ꝗ. Pontꝰ ponte caret. z ab equo dicit equor. At freta cum feruēt. mare dicas cū sit amarum.

Capitulū xi.

Concident me. pdu. Lō tracta. i. ostricta vl abbreuiata vel decurtata. Deuorēt media cor. Abscidi me. produ. In irritum due partes sunt Statuariuz. i. illum q̄ facit statuas vel fusorum imaginum q̄dam dicunt ad statuariuz. id est ad ponderatorez. H statuariꝰ rij. Statuariꝰ ria. riū. dicit ad statuā ptinens. et H statuariū dicit candela quacingit altare. Decorum me. pdu. i. pulcrum. Appciatus sum passiue antiq̄ dicebant precio as. z apprecio as. sed modo dr precior et appcior. deponēs. i. pcium determinare. Hermanitatē. id ē ppinquitatem. fe. ge. est.

Capitulū xij.

Supluminare. i. superior ps ostij. neu. ge. z ter. declī. ē. Crapule. i. supfluitatis cibi. hec crapula le. Juda vltima acuit p tribu. Facem. i. facula lam. hec fax cis.

Capitulū xiij.

Pseudo pphas. i. falsos pphas. Jaculū. i. telū vt supra ca. ix. Lōfigent me. pd. z sic figo gis. cū suis cōpositis Saccino me. pdu. adiectīm est a sacco: Framea. id est spata. sed hic ponit p pena. Suscitare in impatiuo passiui. Urā. i. cremabo. vro ris. vssi. vstum. Capl'm xiiij.

Prerupto. i. alto pcipitio pruptꝰ ta. tū. est i alto positꝰ pceps z excelsus. a prumpor peris. qd est q̄si añ rūpi vel p alijs rumpi. H substātiuat in neu. ge. Hieme tris. me. cor. Anathema atis. penul. pd. neu. ge. i. dānatio pditior excōicatio. sed anathema ois ge. z indecli. dr excōicatus et maledictꝰ. vt iste est anathema z isti sūt anathema. Arescent siue arescent. i. languebūt vel putrescēt vel liq̄fient vel deficiēt. pma significatio videt cōpetere hic. Lōserek. id ē complicabit vel cōiungeť. conseror reris. osertꝰ sum. Lebes tis. me. pd. mas. generis. vas est coquinariū. Juda vltima acuta.

Super prologo in Malachiam.